

## Thracia.

Sub Thraciae nomine plures comprehenduntur regiones et populi.

Secundum Indos enim omnium maximam esse, scribit Herodotus.

Plinius enim eam Istro flumine, Ponto et Propontide, Aegeo mari, et Strymone fluvio definit. imò Peneo, Strabo ex Homeri sententia.

Scordiscos his annumerat Marcellinus:

Apollonius cum Illyris coniungit. sic quoque Mela, ab Occidente, qui et à Macedoniae Athone ei montem addit.

plerique veterum etiam Pallene, insulam, et Olympum montem est qui Thraciam à Macedonia separat.

Multò autem secus Strabonis (libro 7. (nam apud ipsum Strabonem tota Thraciae descriptio perit.) haec enim ad ostium Nessi Thraciam à Macedonia separat. Atque posterioribus temporibus non multò minori amplitudine extensa fuit.

Amnians namque, Procopius, Sex. Rufus, et Liber Notitiarum, in has sex provincias, Moesiam secundam, (quae inferior est) Scythiam Europam, (hanc partem sub universaliori voce indigetantes), Rhodopam, Haemimontem, et Thraciam, speciali nomine sic dictam, dividunt. Inde Thraciarum multitudinis numero mentio, apud Trebellium et Orosum.

Tabula autem haec nostra non tam longè versus Arctum extenditur. in qua circumscribenda secuti sumus Ptolemaeum: qui eam Haemonte à ceteris Septentrionalioribus regionibus secludit.

Abrahami Ortelii:

Theatri Orbis  
Terrarum Paregon  
Sive Veteris geographiae Tabulae.  
Cura et Studio  
Balthasari Morlet.  
Antverpiae M.D.C.XXIV  
Ex officina Plantini  
ana. 2.



(Quod videtur)

Abque hanc veram Thraciam putamus, sic dictam à Thracia nymphe  
incantatrice, ut Eustathius docet, ex Arriano, cum prius Perca  
nominabatur,  
quae quoque (multis ita sentientibus) Aria, Odrysa, Crestonia,  
et Scytoria dicta fuit.

Thracis vero Thiras apud Hebraeos nominati, Iosephus, gravis-  
simus auctor, testis est.

Dicitur Ptolemaeus quatuordecim in Thracia prefecturas habet,  
Dantheleticam, Sardicam, Urdicesicam, Sellaricam,  
Maedicam, Drosicam, Coeleticam, Sapericam, Corpialicam,  
Caenicam, Pessicam, Bennicam, Samoban et Urbanam.

In quinquaginta strategias eam dividit Plinius.

Abque hanc veram Thraciam Iulianus assimilat formae  
cornuti sideris, sive theatri, quae superiorem partem claudunt  
montes, quae hanc eandem à Thracia ditantur.

Inferior pars severius Thraciam pelagum aperit.

De hujus regionis natura hoc Virgilius:

Terra procul vastis colitur Marortia campis;  
Plutarchus vastas habere paludes, praecaltisque annibus  
et frequentibus divisam tradit.

Fertilem frugum rigore, facit Plinius, huiusq; triticum laudat  
à pondere, tertiumque ei locum praebet.

Vitifera esse, in primis circa Biblinam (quae Desyma est)  
Athenaenus asserit.

et vinum Maroneum celebratur à Plinio.

Homero quoque auctore, vinum ex Thracia advehere solebant.  
Achivorum naves.

(àusorditi)

Aurifodinas esse in Pangeo monte, Xenophon; et circa Philippo, Strabo, tradunt.

Thracius hic quoque lapis, qui aqua accenditur, et oleo restinguitur, teste Plinio.

Sed quia eam nemo veterum melius describit Pomponio, ejus ipsius hic verba ponam: Regione caelo laeta, nec solo. et, nisi quae mari propior est, infecunda, frigida, eorumque, quae seruntur, malignè admodum patiens. Rarè usquam pomiferam arborem, ritè frequentius tolerat: sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi quae frigora objecta frondium cultores arcevere.

Virorum benignius alit, non ad speciem tamen: nam et asper et indecorosus corporum habitus est; ceterum ad ferocitatem immitesque, sint, maximè fera.

Hoc ultimum attestatur quae in Thracia, quae dicitur eam multitudine hominum admodum abundare, ut, si Galliam excipias, cujus fortè nationi, hominum frequentia anteponi potest videatur.

Item Herodotus, qui dicit gentem maximam post Indos esse.

Livius eam imparitam et ferocissimam gentem vocat, et Solinus validissimam.

Sacerrimi omnium gentium sunt Sex. Rufo.

docet exemplo hoc Florus, dum scribit, quosdam à Romanis captos catenas morsibus tentasse, atque ita feritatem secum ipsos pertrahere.

Ad hanc immanitatem ab infante instituit, docet Sidonius his verbis:

(Thraci)

(Aurifodina)

Excipit hinc rator glacies, et matris ab alvo  
 Artus infantum molles nix <sup>\*</sup> Cimbrica durat. \* aliàs sive.  
 Pectore nix alitur quisquam, sed ab ubere tractus  
 Plus potat per vulnus equum; sic lacte relicto,  
 Virtutem gens tota bibit. Crevere parumper,  
 Mox pugnam ludunt jaculis: hos suggerit illis  
 Nutrix plaga jocos. pueri venatibus apti,  
 Lustra feris vacuant. raptò ditata juventus,  
 Inra culit gladii: consummat dūque senectus  
 Non ferro finire videt. Tali ordine vitantur  
 Cives Martis agunt.

Sed addamus his D. Justiniano Authenticis hoc de iisdem  
elogium: Illud in confesso est, Thracum regionem nominet,  
 statim urd cum dicto virilitatem ad animam, ac milita-  
 rium copiarum, bellorum, ac regna cogitatio subeat. Sunt enim ista  
 ingenta, et quasi patrio quodam jure huic regioni attributa.  
 Animosam Thracum sapientiam commendat Val. Maximus.  
 Thracum genus bellico proximum, dicit Thucydides; et  
 ubicunque non timet, ibi maxime sanguinarium.



Dum tonat fulguratq; in caelum sagittas excutiunt, Deo  
 minantes, quod nullus alium praeter suum esse arbitrantur.  
 teste Herodoto lib. 4. qui lib. 5. deos abis coli asserit hos  
 solos, Martem, Liberum, Dianam, et Mercurium.

Idem tamen lib. 9. horum indigenam deum Pestorum nominat.  
 Bellonam eos quoque adorare, scribit Ammianus.  
 His diis, auctore Eusebio, homines mactabant sacrificabantque,  
 antequam ad bellum exirent.

(anno dōdō)

In quo ingentis longitudinis rhomphæis utebantur, teste Livio.  
Cassides gestabant è pelle vulpina, ferentes præterea iacula,  
peltas, et pugnapuclos.

È bello atque raptu vivere, (teste iterum Herodoto lib. 5.) his  
pulcherrimum. otiosum esse, pro honestissimo; agricultorem  
verò, pro contemptissimo habetur.

Colore fulvos et caeruleos esse scribit N. Stromatum  
Clem. Alex. comatos Homerus.

In verrice crinitos dicit Iul. Pollux. Pulchrum a nobis esse fronte  
nobile iudicatur: non esse notatas pulchris, ignobile: ut refert  
Herodotus lib. 5.

Sed et conjuges suas notis habuisse, addit Plutarchus, quos  
idem docet Athenæus 12.

Quoslibet autem uxores plures habuisse, Heraclides auctor et  
Sex Empiricus est.

Strenuos potatores et vinosos fuisse, constat. et vinum melle  
miscuisse, ex Plinio didicimus.

Vini usum quibusdam ignotum esse, apud Pomponium lego; et  
epulantibus, ubi super ignes quos circumdident, quaedam  
semina ingesta sunt, similem ebrietati hilaritatem ex  
nidore contingere.

Athenæus scribit, eos potionis quoque genus habuisse, quod  
brytium vocabant, ex hordeæ et frugibus confectum.

Suidas tamen tradit, eos vini reliquum, quod comatores in



computationibus non ebibissent, in eorundem vestes effundere. Idem  
allio delectari, utpote calido; cum regionem incolant frigi-  
dam.

Pro sale seris, perurbare hos tradit Iul. Pollux.

Inde sale empti dicebantur nullius pretii seris.

Idem ascarum sive magadam, musicum instrumentum, hos  
invenisse, ex Canthari sententia tradit lib. 4. c. 9.

Sed de horum moribus plura apud Auctores à me citatos,  
Herodotum prae ceteris, Athenaeum, Solinum, Pomponium  
et Heraclidem in Politicis.

Etsi autem barbari, de animi ta per immortalitate quisi-  
dam bene sentiunt: quidam ta per animam emori, sed id me-  
lius esse quam vivere, ta per credunt. Atque lugentur apud hos  
puerperia, natique deflentur.

Thraciam quandam gentem scribit quidam è veteribus ultra quatuor  
non posse numerare, neque amplioris numeri meminisse.

Nunc quaedam de miraculis hujus regionis, ex Antigono.

In Chalcidica regione locus Cantharoletros dicitur: ex eo, quod quae-  
cumque eum intrent animalia, salva rursus exeant; cantharus  
autem nullus inde effugiat, sed omnes in orbem circumagitati pereant.  
In eadem, Cochryna fluvius est, qui potus ab ovis, nigros foetus facit.  
Sacer mons (inter Byzantium & Cherronesum) est, ad quem mare interdum  
bitumen in superficie fert.

Apud Agris, Pontus fluvius defert alveo suo lapides carbonibus similes.  
hos, incensos si aqua adperseris, facilius ardent; si flabris exsuscites,  
extinguuntur.

Horum odorem nullum potest tolerare reptile.

(à uodordi)

Apud Cinchropsos fons est, qui gustantibus illico mortem adfert.  
 Apud Botikeos (lapis) nascitur, qui solis appulsu ignem exhalat.  
 Plutarchus scribit, haud procul à Pangaio monte fontem esse, ex quo  
 idem vas repletum aqua si appendatur, duplex hieme quàm aestate  
 pondus pendeat.

Plutarchus (quem Tzetzes) Iuniorum cognominat, alius Parthenicum nominat,  
 quaedam quoque habet in Ebro, et Strymone fluvio, de cithara herba,  
 pansilypo et philadelpho lapidibus: quae quia fabulis similiora  
 sunt, lubens praeteres.

Magnum enim Asiae partem, quae huic adhaeret est sibi subiugare,  
 atque suo nomine  
Thraciam Asiaticam appellare  
 veteribus etiam, ad mare  
Thraciam Cariam describit  
 versus Meridien: ubi



Thracestum vocat hanc Porphyrogenata.  
 Xenophon horum regnum, quae inter Ionium sinum et  
 Pontum Euxinum sunt, maxime vocare non veretur.  
Thracos Sarapara supra Armeniam, habet praeterea Strabo.

I n o m e  
 west Viny  
 16 16  
 16 11

AKAHMIA

AOHNON